Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

illis. Numquid possunt filii
sponsi quamdiu est cum illis lu
gere. Venient autem dies cum
auferetur ab eis. et tunc ieiu
nabunt. Quia ergo et ante pas
sionem et post resurrectionem
dominicam propter ipsius domini pre
sentiam lugere. ac ieiunare
nequiuerant. Constat profecto,
quia post ablationem eius spon
taneis sese subdiderunt ieiuniis.
Quamuis et continuatum ieiu
nium. per aliquod spatium pos
sit intelligi insupra dictis ver
bis domini bede. non excluditur ta
men ieiunium pro ordinandis.

PRIMU apostolici semper
in decembrio mense in q
natiuitate domini nri ihu xpi ce
lebratur. consecrationes minis
trabant ut usq; ad. obnulla
aliam causam. nisi uxorum mandato
coniungendos propinquius
xpi corporis. qui per sacrum
ministerium prouehuntur.
Quinullo modo sacrius fieri po
test. quasi per eos patriarchas.
ex quibus xpc natus est. gene
remur. quod impossibile est se
cundum carnem. Secdm spm
dignum et habile hoc est. ut per
interpretationes patriarcharum
nominum nascantur mente. q
genealogie xpi. uidentur. ascis.
Et quia incongruum est sicut
uniuscuiusq; generationis singula
res ebdomadae deputatur. ita
per unam quamq; ebdomadam
consecrationem celebrari causa
congruentia per singula tempo
ra que conuenire possunt uir
tutibus. et interpretationibus
patriarcharum. qui in articu
lis genealogie positi sunt. con
secratio celebretur. Per. iiii. tes
seras. et de cadem annales fiunt
ebdomade. xl. ii. tot generatio
nes secdm matheum xpi sunt
cum ipso. Tot enim ebdomade
inuenuntur. a prima sabbati
primi mensis. que quasi in loco
abrahae genetat xpm. abraha
interpretatur. multarum gen
tium. cui dictum est in semine
tuo benedicentur omnes gentes.
Si quis consecratus stat in semi
ne multarum conuertentium
per sua exempla. ad dnm. est
is patriarcha abraham genti

simplicii. a beato
petronum. qui
primus secit in
februario.